

Hermann Hofmann Friedrich Berlichius

Delineatio luridica Patriae Potestatis

Rostochii: Kilius, 1643

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn731849248>

Druck Freier  Zugang



Väterliche Gewalt.

H. Hoffmann (F. Berlich)

R. U. in. 1643.

DELINEATIO JURIDICA

PATRIÆ POTESTATIS

*Quam indultu Nobilissimæ atq; Amplissimæ Facul-
tatis Juridicæ in alma ad Varnum Academia*

PRÆSIDE

VIRO Clarissimo, Consultissimo nec non Excellentissimo

DN. HERMANNO HOFFMANNO

J. U. Doctore, Dicasterij Megapolitani Ad-
vocato atq; Procuratore dignissimo

proponit

M. FRIDERICUS BERLICHIIUS,
Lipsiensis.

Horis antemeridianis in Auditorio Majori ad

1. Novembr. d. 28. Octobr. Anni Currentis 1643.

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typog.


VIRO
*Magnifico, Nobilissimo, Amplissimo
nec non Consultissimo*
DN. BERNHARDO
CLINGIO,
Jcto Excellentissimo, inclytæ Reipubl.
Rostochiensis Consuli gravissimo, Pa-
trono suo ætatem de venerando

Debitam suam observantiam

attestatur

M. Frid. Berlichius,
Author & R.





σὺν Θεῷ καὶ λόγῳ!

§. I.



Non minus eleganter quàm verè Elo- *Cicero. Offi-*
quentiæ Romanæ Antistes Cicero graduale Re- *cior.*
publ. incrementum, quod à privatorum soci-
etatibus sumit, declarat, postquam de innata pro-
creandi libidine, tanquam trium societatum
principio differuit, in hæc erumpit verba: Id
autem est principium Urbis, & quasi seminarium Reipubl. Seqvun-
tur fratrum conjunctiones, post consobrinorum consobrinarumq;
qui cum una domo capi non possint, in alias domus tanquam
in colonias exeunt. Et hæc propagatio & soboles est origo Reipubl:
uti pervenustè docet Philosophorum Daduchus Aristoteles.

§. 2. Sanè si tribus Societatibus domesticis Reipubl: originem ^{3 Polit. 4.}
acceptam referimus, primas tamen attribuere necessum habebim. ^{l. 2. d. a-}
mus Conjugali Societati. Quippe cujus præstantia magna, major ^{nim. t. 34}
vero utilitas. Atq; hinc non incongruè secundum familiam Per-
sonæ quoad statum discernuntur. Homo enim cum species infima,
quæ divisionem in species ratione essentia suæ diversas subire ne-
quit, modo secundum qualitatem venit distinguendus. Qualitatis
autem nomine nobis venit hominis status.

§. 3. Status est personæ qualitas & conditio, quam habet in Re-
publ. quatenus Civis est. Ubi tamen status cum statura non est
confundendus; Sed notandum discrimen quod Donatus ponit,
illum ad habitum hominis; Hanc v. ad externam formam referens.

§. 4. Hominum status triplex est Libertatis, Civitatis & Fami-
liæ. *l. ult. ff. d. capit. minut.* Ratione Libertatis Personæ divideban-
tur in liberos & servos *pr. Inst. d. Jur. Person.* Ratione Civitatis in
Cives Romanos & peregrinos. Privilegia namq; & Jura Civium
Romanorum ad omnes homines liberos non pertinebant, sed sum-
mi beneficii loco ab Impp. dabantur usq; ad Antoninum, cujus
constitutione omnes, qui in orbe Romano Cives Romani effecti

A

sunt.

sunt. l. 17. ff. de stat. hom. §. libertinorum autem 3. vers. & omnes 9.
Inst. d. Libert. Nov. 78. c. 5.

§. 5. Tertius status est Familix, quæ discrimen facit, inter Patres-
familias & Filios familias, sive suæ potestatis, & in potestate Patria
constitutos. l. 11. ff. d. liber. & posthum pr. Inst. d. his qui sui vel al.
jur. sunt. l. 4. ff. eod. In hoc itaq; tertio statu Patria Potestas utramq;
absolvere videtur paginam, quare ea in enodanda toti in posterum

Membr. 1. futuri sumus.

exponens

Definit: &

Nomina

lem & Re-

alem nec

non Divi-

sionem

§. 6. Patriæ Potestatis vocab. ex eorum numero est, quæ Logici
vocat complexa, non quidem significatione, qua ratione incom-
plexum foret, sed voce, duobus Vocabulis rem & conceptum u-
num denotans. Singula itaq; vocabula singula cum contineant
pondera sigillatim quoq; erunt declaranda.

§. 7. Patria denominatur à Patre quod an crepundia sua ab
Hebræis an Græcis trahat meum non faciam, sufficiat mihi quod
Civitatis Latinæ jure jam donatum sit; Sunt qui derivant à Papa vel
duplici pp. Pappa, vel pappare Plauto quod denotat edere quod
corrupte Germani reddunt Pappen Pappa enim dicitur cibus in-
fantilis. Idemq; Suidas venerabile dicit esse vel blandiens. Hinc Pa-
pissare more infantium est blandè Patrem appellare. Unde Persius:

Pers. Sa-
tyr. 3.

Et similis Regum pueris pappare minutum

Poscis, & iratus mamma lallare recusas.

Verum cuilibet hîc circa proprium sensum abundare facilè per-
mitto, ejusmodi affanias Etymologistis relinquens.

Art. 1. Po-
lit. 8.

§. 8. Parentum Regium fermè cum cernerent Gentes esse offi-
cium, uti Aristoteles genus potestatis in liberos esse ait βασιλικόν,
Patres quoq; appellarunt Senatores Romanos ob sollicitudinis a-
morisq; similitudinem, quâ de Republ. Romana utilitatibus & com-
modis ipsius invigilando fovebant, velut Patres liberorum suorum
promoveant commoda. Magistratum quoq; summum vocarunt
Patrem Patriæ tam propter honorem quàm Imperium, quod eam,
quam Pater in filios, potestatem ipse in Cives habebat. Imo & aliis,
quos Reipubl. gratia hisce adjungebant hoc nomen indulgebatur,
ut erant Patres Conscripti, quos Brutus primus Consul & Expul-
sor Regum ex Equestri ordine Senatoribus, quo eorum numerus
compleretur, ad scribi fecit. Erat quoq; Pater Patratus unus ex

Corol. Gi-
gon lib. 4.
c. 1. d. an-
tiq. Jur.
Civ. Rom.

Fecia-

Facialium Collegio qui denominabatur, cui cum pax facienda aut fœdus icendum erat. verba faciendi munus incumbebat. Nobis vero præter reverentiam hæc vox & naturam denotat, intelligiturq; talis Persona, quam iustæ faciunt Nuptiæ, cuive liberi hoc spirabile cœlum, vitamq; & vitæ sustentationem adscribunt.

§. 9. Potestatis vox deduci potest à Potis vel Potior, vel potissum, quasi potissimum, unde integrum potissimum apud Lipsium, & magis adhuc denotat quam potentia, sicut elegans inter hæc vocatur discrimen quod usum suum latissimè porrigit in Politicis. atq; denotatur id quod iuxta aut in nostris viribus est, ut non opus sit prolixior labor. A variis vero variè accipitur, nonnunquam enim significat 1. ipsam Mâjestatem, quæ à Bodino definitur summa in Cives ac subditos Legibusq; soluta potestas. 2. Potestas interdum denotat Personam potestate illa præditam l. 26. ff. de pignor. & hypoth. l. ult. C. d. offic. milit. Judic. l. 2. C. d. Executorib. lib. 12. 3. In Persona Magistratus significat ipsum imperium l. 215. ff. d. V. S. l. 13. ff. de Jurisdic. 4. Olim potestas fuit facultas cognoscendi & opponere imperio, quod occupatur circa Exercitum atq; gerendum bellum. 5. Refertur nonnunquam ad servos & exprimitur potestas dominica. Hinc dicit Seneca, Princeps in subditos potestatem habet, Magistratus in Privatos, Pater in liberos, Magister in Discipulos, Imperator in milites, Dominus in servos 6. Laxiori verborum πρῶτον si utamur, significat nonnunquam robur, fortitudinem. 7. Copiam atq; abundantiam. Sed h. l. denotat Imperium patrium vel facultatem, quam Pater, tum natura, tum beneficio Juris Civilis in filios familias habet, de qua r. r. C. & Inst. de Patria Potestate.

§. 10. Synonyma agnoscit plurima. Quandoq; vocatur Pietas l. in conjunct. 20. C. d. Nupt. l. 5. ff. ad L. Pompei. d. Parric. l. ult. ff. si quis à Par. munumit. Quandoq; nexus Patriæ potestatis. l. 3. C. d. castr. pecul. mil. lib. 12. Nonnunquam nexus Paternus l. 6. S. cum autem C. d. bon. quæ liber. Vinculum pot. patr. l. 17. C. d. donat. Sacra Patris & nexu divino copulata. l. pen. C. d. adopt. l. ult. C. d. Curat. furios. l. ult. C. d. inoffic. testam. Hinc apud Senecam Tragicum, sic Herculem alloquitur Amphitruo.

Rosinus
Antiq. Rō.
lib. 7. c. 4.
lit. 6.
Tacit. 11.
Annal.
Liv. lib. 2.
Rosin. An-
tiq. Rom.
lib. 3 c. 21
Lips. l. 1.
Var. lect.
c. 14.
Bod. Lib. 1.
d. Republ.
c. 8 in-
prine.
Rosin. lib.
7. c. 42. l.
C.

*Per sancta generis sacra, per jus nominis
Utrumq, nostri, sive me altiore putas,
Seu tu parentem: perque venerandos piis
Canos, senecta parce de sera precor.*

Legimus quod nonnunquam vocetur Jus & dominium in liberos.
l.3. l. ult. C. de infant. Expos. l. 6. C. d. spectac. & scen. lib. 11. Jus
Patrium. l. uni. C. d. emend. propinq. Jus Patr. Potestatis §. 2. Inst. d.
P. P. l. pen C. de adop. Potestas inæstimabilis. l. 114. § 8. ff. d. Legat. 1.
Jus moribus receptum l. 8. ff. d. hū qui sui vel al. jur. In sacris de-
nominatur domus Patris. Numer. 30. v. 3. & 16.

§. 11. Sed ut navem fluctuantem sistamus anchora, in defini-
tionem, quam Scaliger ille Aliger cum anchora haud incongruè
comparat, investigabimus. In eadem v. cornicum oculos configere
nobis cum non sit propositum, levidensem quidem, sed ut spera-
mus. censuram Logicam taliter qualiter perpeffuram damus hunc
in modum *Patria potestas est jus per quod filij filiarè aut ceteri ex
masculis descendentes ex Legitimo matrimonio progeniti, aliove modo
filij legitime constituti iam ratione sua per sona quam bonorum, quo ad
certos effectus Parenti subiiciuntur.*

*Thadæus
Piso num.
2. hïc.*

*Matth.
Berlich. p.
2. Conclus.
pract. 11.
n. 3.
2. Col. 3.
20. Ephes.
6. v. 1. Ec.
3. v. 8.*

*Bod. l. 1. d.
Republ.
cap 4.*

§. 12. Priusquam & ἀνάλογον hujus definitionis instituamus
de origine erit ut nonnulla proponamus. Hanc Patria Pot. habet à
Jure Civili §. 2. Inst. d. P. P. l. 18 ff. d. stat. hom. l. 3. l. 4. ff. d. hū qui sui vel
al. jur. Quamvis enim reverentiam & amorem erga Parentes na-
tura ipsa liberis ingenerasse videatur, nec non ad omnia pietatis &
dilectionis filialis officia ipsa divina voluntas, cujus prima lex secun-
dæ tabulæ indicio est, eosdè obliget, quo dubio procul Solō Atheni-
ensibus LL. præscribens collineavit, qui rogatus cur nec pœnam in
parricidas statuisset, respondisse fertur: *Neminem adeo detestabi-
lem fore quem id facturum putaret*: Attamen cultum hujusmodi
Impp. amplius LLus. Civilibus dilatarunt, ut non tantum eundem
certis effectibus auferent, sed & in atroces parricidas atrox suppli-
cium: cum tanto scelere satis dignum excogitari non potuit, decer-
nerent. Quare non video, quo Veritatis cæstro percitus Bodinus
Justinianum arguit, Græcorum Latinorumq; monumenta, nec
non Cæsaris auctoritatem objiciens dicentis: Galli potestatem
vitæ

vita & necis in uxores & liberos æquè fac in servos habent. Scimus Jus Gentium qualemcunq; potestatem Parentibus concedere. l. 2. ff. d. f. & f. Scimus Philosophum Persis in Liberos & servos potestatem attribuere Tyrannicam. Scimus longè ante Justiniani tempora, imo cum nondum Orbis Romam adoraverat liberos singulari religione atq; potius pietate erga Parentes fuisse affectos. Non præterit nos exemplum Æneæ, egregius hisce Verbis affectum filialem Patri suo attestantis,

Ergo age chare Pater, cervici imponere nostra

Iple subibo humeris, nec me Labor iste gravabit.

Quo res cunq; cadent, unum est commune periculum

Una salus ambobus erit.

Verum n. v. à naturali ad Civilem ut concludamus, temporaq; tunc & Nunc in congruè & non sine errore inextricabili ut confundamus; tantum abest, ut ab eorum potius stemus partibus, qui statuunt, Pat. Pot. temporibus Justiniani quæ floruit, à reliquarum Gentium, specie fuisse diversam, imo diversissimam. Præterquam enim quod in omnibus effectibus inter se non convenient. Causa Efficiente inter se discrepare videntur. Justinianus quippe, ex L. Regia propria Legislatoria, quæ ipsi erat absoluta, non ut nostro conclamato seculo arrosa & succisa, à Patr. Pot. veteri plane distinctam LLus. constituit potestatem, quæ, cum omnes Gentes Justiniani dicto non erant audientes, nec omnes obligavit, nisi eas, quæ Majestatem Justin. comiter observabant.

§. 13. Hæ rationes præallegatæ ponderis aliquid si quicquam judicare possumus, habere queunt, contra v. leviculam, ne gravius quid dicamus æstimamus rationem Giphaniij, dum Ulpiani auctoritate motus colligit, inter peregrinos prorsus non dari Pot. Patr. quia neq; peregrinus Civem Romanum, neq; Civis Romanus peregrinum in potestate habere, possit. Quasi verò peregrinus peregrinum sub manu sua habere nequeat v. g. Scytha Scytham, Lacedæmon. Lacedæmonem. Notū quippe affectiones extrinsecas accidentarias essentiam rei tollere non posse. Dum itaq; Parens filium genuit, licet natus eandem cum Genitore non participet Patriam, vel in eo solo, quo Parens suarum fortunarum sedem colloca-

Cas. l. 7. d.

bell. Gall.

Corras d.

art. Jur.

lib. 2. c. 6.

Conna l. 2.

Comm. c. 13.

n. 2. Arist.

8. Ethic. 12.

Virgil. 2.

Æneid.

Papinia-

nus lib.

sing. d. a-

dult.

Comment.

sup Inst.

b. 3.

vit pronatus sit: tamen Filius ipsius manet, adeo ut parens ratione suæ paternitatis, omnino jus P. P. in eum exercere possit. Hoc namq; non ex loco nativitatis tantum, sed à jure paternitatis & filiationis LL. cujuslibet Populi limitato dependet. Patriam Potestatem peregrinis concedimus ex Paternitate & filiatione promanantem, sed non talem qualem tum temporis Romani habebant quibus specialiora nonnulla, quæ aliis Populis aut Nationibus non perinde erant communia, assignamus.

§. 14. Definitio continet tam terminum convenientiæ, quàm Discrepantiæ. Terminus convenientiæ, quo in cum aliis coincidit est jus. Hoc voc. cum sit ambiguum, & ne simul in censuram logicam incidamus, quasi ambigua contineret, ita nos explicamus. Jus h. l. nec denotat Juris Objectum. *l. pen. ff. d. 7. & 7.* neq; locum in quo jus dicitur *d. l. pen.* neq; Artem vel Scientiam Juris. *l. 1. ff. eod.* sed facultatem quæ in jure consistit. Atq; h. m. quoad Genus convenit cum servitutibus, tam Realibus quàm Personalibus. Differentia petita est tum ab Objecto, tum Subjecto tum causis tum effectibus. in quibus prolixiores *ὅν θεῶν* futuri sumus cum membrum hujus Disp. alterum attigerimus.

§. 15. Spectari debet P. P. vel respectu Personæ Exercentis, vel recipientis. Illa est Parens, Civis Romanus. Appellatione Parentis non tantum Pater. Sed etiam avus. proavus & reliqui adscendentes debent intelligi *l. 51. ff. d. V. S. §. 3. Inst. d. P. P. l. 4. ff. d. h. quò sui vel al. jur. l. 201. ff. d. V. S.* Ex quo prono quod ajunt promanant alveo, Matrem in liberos potestatem nullam habere. *§. 10. Inst. d. adopt. l. 5. C. d. adopt. l. 13 ff. d. suu & legit. §. ceteri 3. Inst. de Hered. qual. & differ. l. 4. §. 2. ff. de bon. poss. contr. tab.* Quod tam Juri Civili quam naturali censemus esse consentaneum cum & natura Pater sit familiæ caput, Rex & Monarcha, nec non Generationis Principium. Et quamvis una omnibus Parentibus servanda sit reverentia *l. 6. ff. d. in jus voc.* Non tamen integrum nobis est, per l. alleg. *μεταβασις εἰς ἐτέραν ἐξουσίαν* committere. In hac tamen controversia decidenda pro arbitro assumimus Etymologiæ rationem, quod denominetur Patria non matria potestas. Ita enim est, non minus destituuntur foeminae potestate in liberos; quam Jure adoptionis. *l. 29. §. 3. ff.*

Arist. 8.
Eth. c. 10.
1. Polit. c.
ult.

§. 3. ff. d. inoff. testam. Nisi forte singulari Principis indultu obtineant. Nam si mater vidua liberos in propugnatione Patriæ amiserit, in amissorum solatium, adoptare potest, non ut in potestate habeat sed qui orbitatem soletur suam. *l. s. C. d. adopt. §. fœmine 10. Inst. eod. Gloss. in d. s. fœmina in verb. amissorum*

§. 16. Hæc quidem ita se habent in privatis, à Publicis tamen Personis interdum contrarium perpetratum testabitur Æneas Sylvius Historicus insignis electus deinde Pontifex. *Heinricum Ducem Pomeraniæ à Margarita Wolmara, Daniæ Sveciæ ac Norwegiæ Regina adoptatum asserens. Bodinus Heinricum V. Regem Angliæ ab uxore Caroli VI. Galliarum Regis, qui tum furore torquebatur adoptatum refert; Hæc quidem ab Exteris Personis, quæ dicto Imp. non fuerunt audientes frequentata ut fateor, ita ferme nego Adoptiones à fœminis in Imperio Romano Germanico institui posse. LL. namq; propriis Principes licet soluti sint. l. 31. ff. d. LL. l. 4. ff. d. recept. q. arbitry. Nov. 105. c. 2. Legibus tamen vivunt. §. fin. Inst. quibus. mod. test. infirm. l. 4. C. d. LL. cum βασιλεὺς νόμῳ ἐμψυχῶ. Quod si tamen quis me in Historiis adhuc Hospitem ex fide historica aut aliis principiis politicis certioribus convicerit, lubens libensq; manus dedam. Continuo quippe, dictum Philosophi sanè elegantissimum in auribus meis sonare atq; resonare audio. *Lib. 1. Eth. Nicom. c. 3.**

§. 17. Personæ P. P. recipientes, quæve objectum in specie dici possent, sunt Filij Filiæq; qui ex justis procreantur nuptiis, quorum appellatione omnes liberos, qui in potestate Patr. sunt per justam interpretationem subintellectos cupimus *l. 84. ff. d. v. s.* Quod si v. nulla est extensionis ratio, proprietate verborum stamus. Ubi tamen nolumus ut cuiquam verba Inst. offendiculo sint. Liberi ex justis Nuptiis. Non enim hic Legitimos planè excludimus, quod tum faceremus statueremus *contra §. aliquando a. 13. Inst. de Nupt.* sed includimus, præcipuè tamen subaudimus eos, qui ratione principalioris causæ in Potestat. hujusmodi constituti, qualis est subsequens matrimonium. Præter Filios vero Filiasq; parens in potestate sua habet & Nèpotes & Neptes & alios, licet remotiori gradu adhuc à communi stipite distent. *l. 4. ff. d. hù q. sui vel al. jur.*

jur. § 3. *Inst. de P. P.* Vivente enim avo Pater filium non habet in potestate, cum ipsemet Pater in avi potestate vivat; Quippe qui in potestate est, alium eodem potestatis genere subjectum habere nequit: *l. 21. ff. ad L. Jul. d. adult.*

Geddeus
adh. l. 196.
d. V. S.
§ 18. Non quilibet autem Nepotes hic intelligendi veniunt, sed ij tantum, qui ex filio descendunt. Ratio est in aprico. Nati enim ex filia non Matris sed Patris sui sunt in potestate, & Patrem sequitur filius in justis Nuptiis *l. 19. ff. d. stat. hom. l. 196. in fin. ff. d. V. S.* Qui a. ex filia mea nascuntur in potestate mea non sunt, sed in Patris eorum § 3. *Inst. d. P. P. d. l. 196. ff. d. V. S. juncto §. 1. in fin. Inst. d. Legit. Adgnat. tut.* Et quia avus maternus nepoti jungitur ratione filia, hæc vero liberos in potestate non habet; uti ad fastidium usq; § 15 supra probatum dedimus, in Patrem suum filia hoc jus non potest transferre. *l. 54. l. 120. l. 177. ff. d. R. J. cap. nemo 79 d. Reg. Jur. in 6. l. 20. ff. d. acq. rer.* Adjici adhuc posset illud, quod Filia nupta transeat in omne Jus & potestatem mariti. Licet enim de Jure Civili matrimoniū patr. Potestatem non solvat. *l. 20. ff. ad L. Jul. de adult.* Attamen hodie consuetudo hæc increbuit, apud omnes Nationes fermè atq; Populos, uti DN. Parens meus de Germania, Gallia, Hispania, Anglia, Italia. *U. O.* affatim probat. in specie verò de Saxonia *per text. express. im Landt. Nic. Reusn. rechte lib. 1. art. 31. in med. vers. Wenn ein Mann ein Weib nimbt. Decis. 10. & art. 45. in pr. & Landrecht lib. 3. art. 35 post princ. vers. Der Mann n. 9. lib. 1.* ist auch Vormund seines Weibes. Deniq; ipsa ratio Ethymologiz nobis ad stipulari videtur. Sunt enim authores inter quos restim. *Berlich. Concl. all. II. n. 43.* saltat A. Gellius, qui sororem appellatam exinde putat, quod quasi seorsim nascatur, separeturq; ab ea domo, in qua nata est, & in aliam transmigret Familiam. Sicuti vice versa P. Nigidius arguto *nost. Artic. l. 13. c. 10.* ἐτόμος vocem Frater interpretatur, cum inquit, Frater, est dictus quasi ferè alter. Cum v. sciamus ab Etymologiis infirma duci argumenta, non valdè urgebimus.

§ 19. P. P. faciunt Duplicem. Naturalem & Civilem. Illa ex Jure gentium primævo descendit, atq; utriq; Parenti communis est, quæq; consistit in reverentia atq; obsequio filiali. Civilis est, quæ LL. Romanis denuo reformata est & informata, & Patri non tantum qua Pater, sed & qua Paterfamilias, peculiaris est.

§ 20. Causæ

§. 20. Causæ P. P. sunt vel Naturales & Legitimæ simul, vel *Membr II.*
 Legitimæ tantum. Naturalis & Legitima simul sunt *Nuptiæ, quæ continens*
virî & mulieris adeoq; utriusq; sexus, in numero unitatis non mu- *Causas at-*
 licrum *conjunctio, individuum* tum respectu intentionis, tum partici- *que Effe-*
 pationis omnis *Fortunæ, vitæ consuetudinem continens.* §. 1. *Inst. Æus Patr.*
d. P. P. l. 1. ff. d. rit. Nupt. Quibus non in congruè ut formale fiat. *Potest.*
 evidentiùs adjici posset, *instituta, liberos procreandi gratis*: Ita enim
 exponitur *Finis*, ob què matrimonium debet institui. Hinc
 Reg. generalis est: Qui generare nequeunt, sive ob ætatem, sive
 aliud corporis vitium, matrimonium contrahere non possunt. Ma-
 sculi ergo sunt puberes, Fœminæ viri potentes. *pr. Inst. d. Nupt.*

§. 21. Qui ergò Nuptiæ de Jure Civili Patriam nobis concilient
 potestatem, justæ esse debent i. e. secundum præcepta Legum
 contractæ, nec non tam jure Gentium, quàm civili approbatæ.
 Quod si adversus Leges quis cojerit, pœna ipsum manet gravissima;
 annullatio actus, & castigatio modo gravior, modo levior. Sub-
 lata enim causa Efficiente tollitur effectus. Nec non liberi ex e-
 jusmodi matrimonio nati assimilantur vulgo conceptis. Is enim
 Pater Jure Civili putatur, quàm justæ monstrant Nuptiæ. Et non
 solum nullum matrimonium, sed nec dotis nec donationis propter
 Nuptias viro repetitio est, sed Fiscus vindicat. *l. 4. C. d. incest. Nupt.*
 Justas autè faciunt vel causæ *absolutæ vel determinatæ*; Absolutarum
 notanda est Regula præcedens, cum hac sequenti. Qui Cives Ro-
 mani, Filij - Familias consensum Parentum non habent matrimo-
 nium contrahere non possunt. *Princ. Inst. d. Nupt. l. 18. l. 2. ff. d.*
rit. Nupt. l. 20. c. d. Nupt.

§. 22. Ita enim est, Consensum Parentis non tantum de hone-
 state, sed & necessitate omnino esse dixerim. Et non injuria. Vi-
 demus enim eundem approbatum esse tum jure divino, quod at-
 tenditur in Ecclesijs & Consistorijs, tum jure Naturali *pr. Inst. d.*
Nupt. Equum enim videtur, ut Parentes qui ad illam usq; ætatem
 liberos non sine parvis sumptibus molestijsve exiguis educarunt hoc
 quasi muneris loco obtineant, ut matrimonio liberorum consen-
 tiant. Mores & consuetudines Gentium (quas Gellius & Ambro-
 sius de matrimonio oreftis quæ mutuatus est ab Andromacha Euri-
 pidiæ latiusculè deducunt) impræsentiarum omitto. Clarus est

Genes 34
v. 4.
Deut c. 7.
Tob. 6.

A. Gell. l. 2.
6. 7.
Heig. beu.
n. 31.

B

len

sensus L. 2. ff. d. f. et. obedientiam filialem Parentibus debitam inter effectus Juris naturalis, referentis. Jam quod LL. præcipiunt, factu honestum non modo, sed & necessarium est; De Jure Canonico quisquam forsan si est qui dubitet, is sodes perlegat. *c. nostrates 3. caus 30 q. c. s. honorantur. 13. caus. 32. q. 2.* Et non semel inveniet, quod matrimonium non sit Legitimum, nisi à Parentibus tradatur, nec non ad substantiã matrimonij requiri consensum Paternum. *c. non omnis. 32. q. 2.* De Jure Civili nulla debet oriri dubitatio, præter enim authoritates Legales, rationes nobis suppetunt prægnantes. Una sit vinculum potestatis Patriæ; altera, ne invito adgnascatur suus hæresimo Pater Filium Ducentem uxorem sine ejus consensu ex hæredare potest. *l. 3. §. 5. C. ibi gl. ff. d. bon. poss. contr. tab.* Præterea filij nati ex ejusmodi matrimonio non sunt justii, sed habentur ut illegitimi, nec sunt in potestate Parentum *l. 11. ff. d. stat. hom.* Deniq; non tantum a vi sed & Patris consensus requiritur in nepotis matrimonio. *l. 16. §. 1 ff. d. rit. Nupt.* in nepte tamen alia est ratio, cum ex ejus matrimonio, filio non invito hæres agnascatur. Nec deest Jus nostrum Saxonicum in Ordinat. Eccles. August. c. 7. rubr. Von Ehegelöbnissen decernens, ut in matrimonijs tam filiorum quam filiarum consensus Patris & matris adsit, ita ut liberi non attenderint consensum parentum pro causæ qualitate vel in totum, vel usq; ad dimidiam legitimæ ex hæredari possint.

Paul d.
castr. in l.
19. juncta
auth d. in
offic. testã.

Coler. dec.
2 n. 5.
Schneid-
w. in. ad
tit d. Nupt
n. 29.

§. 23. Causam absolutam duabus absolvimus regulis. Determinata est prohibitio, quæ hoc agit, ut Persona per se ad contrahendum matrimonium, habilis, cum hac vel illa persona contrahere non possit. Talis causa est personarum propinquitas. Hæc vel est cognatio vel Affinitas. Cognatio vel naturalis est, quæ ex carnali propagatione existit vel legalis quæ ex adoptione. Speciale Regularum prohibitoriarum cupidum lectorem ad D. & INST. tit. remittimus, cum præprimis nostræ non sit intentionis aut propositi altius & latius materiam Nuptialem, in qua tamen dispatiendi campum haberemus amplissimum, deducere, aut ve in eadem consensere. Et sic prima P. P. causa naturalis & legitima simul esset absoluta, pergitur jam ad Legitimationem, legummarum primam.

§. 24. Summopere intenderunt Romani veteres, qui Rempubl. *Lipſius ad*
ſuam augere, & dignè adminiſtrare poſſent, ut itaq; homines li. *3 Annal.*
beris operam darent, varijs præmijs cives invitarunt, & præprimis *Tacit.*
polipædiæ privilegia ſanè conſtituerunt ſingularia. Ut autem inter
alia propter liberos tres Romæ, in Italia, quatuor, in provincijs
quinq; à tutela ſe quis excuſare poterat *princ. Inſt. de Excusat. Tutor.*
Ita naturales, qui ex matrimonio non Legitimo progignebantur,
jus Civitatis conſequi valuerunt, munia nonnulla ſubeundo. Cum
enim darentur in Republ. Romana ſpartæ multiplices eaq; graves
& oneroſæ, quarum adornationem nemo facile lubens in ſe ſe ſu-
ſcipiebat; plures hoc legitimationis beneficio alliciebant Principes,
Legitimorum namq; jura naſci onera ſuſcipere propria voluntate
cogebantur. *l. 4. C. d. natural. liber. & matr. eorum.* Cum enim
Legitimatione Reipubl. commoditatibus inſerviat, Æquitati naturali
non contrarietur *Nov. 89. c. 1.* Quidni æquum foret, legem natura-
les, certis ſolemnitatibus antecedentibus Legitimè natis æquipara-
re. Dum præſertim experienciâ conſtet, naturam benignam de-
fectum ejusmodi ſæpiſſimè magnis ingenij donis compenſare ut
Zimara concinne loquitur. Et deniq; qui hoc modo coit, tam *Zimara*
graviter non peccat, eo, quod conſuevit cum ejusmodi muliere, *problem:*
quam in uxorem ducere nec Jus Gentium, nec Civile omnino pro- *Philoph.*
hibebant. Solemnitates itaq; ſolemnitibus poſſunt corrigi. *97.*

§. 25. Eſt v. Legitimatione actus legitimus, quo liberi naturales
conſentientes *l. ult. ff. d. his q. ſui vel al.* vel ſi ejus ætatis ſint ut
conſentire nequeant poſtea id ratum habentes, efficiuntur Legiti *Treutler.*
mi, ſc. fictione Juris, & quoad effectus Juris Civilis, in quantum *Diſput. 2.*
nimirum damna, quæ filius illegitimus incurrit, ſubtrahuntur per *vol. 1. c. 6.*
Legis authoritatem.

§. 26. Legitimatione peragitur vel à Patre, vel à Principe. à Pa-
tre tum contrahendo Nuptias cum eâ, ex qua prolem ſuſcepit
§. aliquando autem *13 Inſt. d. Nupt. l. 10. l. 11. C. de natural. liber. c.*
tanta. 6. X qui filij ſint legit. Quod adeo verum ut licet in extre-
mo vitæ articulo contrahatur matrimonium, legitimitatè tamen li-
beris attribuat. Tum ſi parens in publico inſtrumento, aut chi-
rographo, habente trium teſtium ſubſignationem, aut teſtamento,
aut apud acta filium nominaverit, aut heredem inſtituerit. *l. 4. l. 6.*

C. d. natural. liber. Nov. 117. c. 2. Summa v. Majestas Legitimitatem, vel per se, cum per rescriptum legitimum declarat mentem suam, vel testamentum Patris confirmat. Vel per alium v. g. aut **Treutler.** Magistratum unde modus legitimandi resultat oblatio curiæ. Aut **Diff. 2. vol.** Comitum Palatinum, concessa ei legitimandi potestate, impertitur. **1. §. 6. l. G.** *Nov. 74 c. 2. Nov. 89. c. 9. & 10.* Qui v. Parens potestatem in liberos naturales consequatur notandum Legitimos fieri, non, nisi mulier, quæ peperit, libera fuerit tum partus tum conceptionis tempore. Dein ut talis sit mulier, cum qua fas fuerit matrimonium contrahere *l. 1. ff. d. concub.* Præterea ut Vir concubina sua fuerit contentus, nec alijs usus sit succubis. Insuper requiritur, ut inter eos indubitatus sit affectus ut in uxore, cujus indicio est cohabitatio. Deniq; necesse est, ut matrimonij dotalia conficiantur Instrumenta. *l. 23. §. 1. in fin. D. d. Nupt. l. 10. C. d. Natural. lib.*

Lib. 8. Jxr. §. 27. Secundam causam Legitimam tantum quidam statuunt **Græco** Adoptionem quæ est ἡ κτῶσις ἀρχικῆς συναφείας ὑποθεσία. Species agnoscit duas, Arrogationem & Adoptionem in specie. **Rom. tit.** *Inst. d. adopt.* Differebant olim inter se causa Efficiente. Arrogatio quippe fiebat autoritate Imp. Adoptio v. in specie Imperio **Divisio** Magistratus scilicet inferioris. Dein Objecto. Arrogatio erat Patrisfamilias; Adoptio Filijfamilias, in potestate alterius constituti. Sed Jure Saxonico primum discrimen sublatum, & tam **Cognat.** arrogatio quam adoptio Magistratus autoritate institui potest. **Reinhard.** *per text. Landrecht lib. 2. art. 30.* Conveniunt v. species relatæ inter se **p. 1. Diff. 51.** respectu personarum, quæ adoptare vel adoptari possunt, neutra namq; adoptio constat nisi inter eos, qui per naturam possunt esse parentum & liberorum loco. *§. 4. Inst. d. adopt.* præterea coincidunt respectu variorum modorum, de quibus vide sis *§. 5 6 7. 9. & seqq. Inst. eod.* inter effectus refertur quod conferat jus agnationis non sanguinis *l. 23. ff. d. adopt.* Adoptatus insuper transit in potestatem Patris adoptantis *l. 13. ff. d. adopt.* & consequitur jus filij perinde ac si ab ipso fuerit pronatus, nempe Jura familia *l. 32. ff. d. rit. Nupt. Hæreditatis l. 10 §. fina. C. d. adopt. §. 2. Inst. de adopt.* & Sacrorum Sed hodie adoptione facta ab extranea Persona (quam reputo extra lineam rectam existentem) non dissolvuntur Jura Patris naturalis, adeoq; non exit ex ejus potestate & familia, nec quicquam ad Patrem

trem

treem adoptivum transit, nec in potestate ejus est. *l. pen. §. 1. C. d. adopt. §. 2. Inst. d. adopt.* Sed habet solummodo hoc, ut ab intestato, Patri adoptivo succedat *§. 2. Inst. d. adopt.* Quod si v. ex Linea de- *Tiraquell. in rr. d.* scendenti liberorum quisquam adoptatur; nec tum denuo Jus P.P. *LL. 3. con-* acquiri posse arbitror, cum adscendentes, nepotes vel liberos suos, *nubial.* in potestate jam dum habeant, nisi filium suum avus antea eman- cipaverit, aut avus maternus adoptaverit.

§. 28. Incidit aliquid de quo non abs re dubites, An unio pro- *Andr. Gai. libr. 2. Ob-* lium in Germania nostra recepta Patriam pot. possit constituere. *serv. pract. 12. n. 5. &* Inveniuntur primo nonnulli, qui eandem planè damnant & Juri *segg.* Romano exosam & infestam, nec à quoquam in imperio nostro *Jacob Rick tr. d. unio-* constitui vel approbari posse autumant; Sed errorem errant sanè *ne prol. 6. 3.* gravissimum, qui si plandus esset omnium forsàn quibus hoc in *Andr. Kni-* passu meliora finxit præcordia Titan, aures personarent ejulatu. *chen. d. Su-* Quod si enim statuum imperij in partem potestatis receptorum in *perior. ter-* proprijs suis territorijs autocratiam & potestatem *rit. 6. 1. n.* *νομοθεσιαν* pe- *412.]* nitius inspiciamus. Principum sanctionibus Juri Civili sæpiusculè *Cluten. Syll. rev.* derogari, idemq; dilatari, videmus. Quilibet enim Imperij Prin- *quotidian.* ceps in suo territorio tantum potest, quantum Imp. in Imperio. In *concl. 26.* primis in hodierno statu, cum universale territorij jus hæreditario *Aut Carpz. cõ-* & perpetuo Principibus ab Imp. anterioribus indultum. Dum i- *ment. ad L. Reg. Germ. 6. 10. f. 12. u. 8.* taq; unio prolis non modo à Principibus consuetudine recepta, vel *6. 10. f. 6. n. 9* sanctione comprobata, sed & per Moguntinum Elect in camera *Gail. loc. rit. 6. 1. n.* Imperiali confirmata, ipsa retineri potest, ita tamen: ut ejusmodi *supr. allo.* pactum inter viduum viduamq; de mutua liberorum successione *n. 7.* constituatur coràm Magistratù præsentibus consanguineis tutori- *hodie* bus & curatoribus, nec non ut de causa allegata cognoscatur, an *pp. 104* utrisq; salubris futura sit. An v. viduus in conjugis suæ liberos

ex alio matrimonio natos potestatem obtineat, negitarem. Aut *supr. allo.* enim eandem per naturam aut pactum acquireret. Non natura *n. 7.* quia non est Pater. Nec per pactum. Si enim ejusmodi pactum *hodie* hac facultate præditum, & mater in liberos vidui specie eandem po- *pp. 104* testatem obtineret, quod est absolum. Deniq; à particulari ad u- *pp. 104* niversale collectio currit quatuor pedibus.

§. 29. Stacuis causis, ultro promanant effectus. Effectus vel *supr. allo.* sunt antiquati, dependentes à jure rigerosæ autoritatis, vel adhuc *n. 7.*

hodie durantes, qui referuntur ad jus utilis possessionis Paternæ.
Rosin. An- Antiquatis annumeratur jus vitæ & necis, quod Parentes olim in
tiq Rom. liberos obtinebant. l. fin. C. d. patr. Pot. l. 11. ff. de lib. & postb. Ve-
lib. 8. ad rum enim v. cum liberi nihil aliud quàm soboles emancipata ab a-
tertiam nima paterna, uti per elegãter Aristoteles animam humanam τεινqv
partē LL. Δοτικὸν δὲν δὲν πατρὸς nuncupat, nemini v. præter modum in car-
22. tabb. nem suam sævire liceat, jure meritissimo sublatum hoc est l. unic.
pog. 120. C. d. emendat. propinq l. unic. C. d. his qui Parent. vel lib. occid. Ra-
Arist. 2. d. tio, quam alias solent hujus abolitionis allegare, Patr. pot. potius
anim. c. in pietate quàm atrocitate consistere 7. Divus Hadrianus ff. ad L.
s. f. 10. Pompei. de paric. mihi quodammodo videtur incongrua, ut, ut v.
is d. 2. h. d. suis non destituitur affectis & propugnatoribus, rem totam non
is d. 2. h. d. exhaurit. Ambabus imo quatuor si nobis essent elargiemur mambus
Valer. affectu Paterno non inveniri majorem. l. 8. § ult ff. quod met. caus. l.
Max. lib. 5. 7. C. d. Curat. furios. Sed propter hanc unicam rationem jus vi-
6. 7. tæ & necis parentibus esse ademptum, ambigimus. Obtinuit hæc
facultas in Rpubl. Romana Veteri, in qua una Persona ætate alias
præcedens & Imperatorem & Patrem in familia representabar,
Mutatà itaq; Reipubl. Forma & Magistratu alio constituto Paren-
tibus ut privatis Jurisdictionem exercere omnino interdictum, quia
privata judicia omni jure prohibita. l. 176. ff. d. R. 7. Parentibus tam-
men decens corrigendi filios atq; emendandi potestas relicta, imo
quod filium inobedientem Magistratui incarcerandum tradere
possit. Unde Experientia toto die clamat Respubl. particulares
insigniores ergastula quæ idiomate nostro germanico Zuchthäuser
denominare solemus, extruxisse, in quibus liberos immorigeros,
effrenes; otiosos, prodigos, macerare adq; Frugem reducere, vi-
tasq; eorum & mores in melius corrigere possunt. Sicut cele-
briora conspici licet Amsterodami, Hamburgi, & alijs in Civitati-
Tiraquel. bus clarioribus.
in tr. d. §. 30. Alter effectus, quod Pater filium suum tempore famis
utraq; re- vendere possit. l. 2. C. d. patr. qui fil. distrax. Fames enim maximus
fract. 26. dolor est hominibus, ut Menander ait. Quod tamen intelligen-
s. 8. dum de extrema egestate & necessitate, atq; tum coacta voluntas
Gl. 1. num. non habetur pro voluntate, prohæresis enim hoc modo præsumi-
17. mult. tur non simpliciter injuriæ inferendæ. Atq; ita extrema necessi-
subseqq. tate

tate cogente interdum quoq; furari licet. quod alias per se damna- *Thomas 2.*
bile est & exitiosum, quod tamen cum grano salis accipi velim & *2e. quest.*
quatenus illud verum manet *ἐπεὶ ἀνάγκη.* Sed hodie valet *66. Artis.*
hic effectus non quidem sub venditionis sed oppignorationis spe-
cie, adeo ut filius ad ingenuitatem possit redire, si pretium iterum
offeratur.

§. 31. Sunt præterea alij v. g. quod filius familias sine
consensu sui Patris non possit inire matrimonium, quo de supra
ad fastidium fermè egimus. Quarto Filius sine venia Patrem in
jus vocare nequit. *l. 3. C. d. in jus. voc. l. 4. ff. d. judic.* Ubi enim
offensio licita, ibi defensio est prohibita. Quinto olim Pater etiam
rogatus filios suos emancipare non cogebatur. *l. 114. §. 8. ff. d. Le-*
gat. 1. §. ult. Inst. quibus mod. Jus PP. S. Sexto, Pater Filio impu-
beris testamento tutores dare potest. *l. 73. §. 1. ff. d. R. J.* Septimo
Filij sequuntur Familiam Patris. *l. 32. ff. d. rit. Rupt. ut & fiunt*
Dignitatis paternæ participes. *l. 11. C. d. dignit.* Octavo, Pater fi-
lios exheredare potest. *Nov. 115. cap. 3.* cujus exheredationis cau-
sas versiculis incluserunt sequentibus:

Bis septem ex causis exheres filius esto,
Si Patrem feriat, vel maledicat ei,
Carecte detrusum si negligat & furiosum,
Criminis accuset, vel parat insidias
Si dederit Gravita, sibi damna, nec hoste redemit,
Testari prohibet aut dat arena locum.
Si pravos sequitur, vel amat Genitoris Amicam,
Non Orthodoxus, filia quando coit.

Quorum explicatio videatur penes interpretes. Nono in *Ludovic.*
ter effectus PP. recensetur, qui tamen locum sibi potius inter of *Molina d.*
ficia paterna transcriberet, alimentorum præstatio. Quod filius *Inst. &*
tenetur alere Patrem & contra Pater filium. *1. t. C. d. alend. liber. Ul. Jure som.*
pianus l. 5. d. agnos. & alend. liber nec non Aristoteles ad naturam re. *I. Disp.*
currunt ajendo, unumquodq; naturaliter ex eo alimentum accipe- *176.*
re ex quo generatum sit, ne sine alimento intereat, quod per ex- *Aristoteles*
empla animalium demonstrari posset. Hinc dicit Cicero: Neq; *1. pol. c. ult.*
boni est neq; liberalis parentis quem procreaverit & eduxerit non
vestire

vestire & ornare, Per alimenta vero & victum intelligimus tam
quæ cultui, quàm quæ nutritioni deserviunt, per l. 43. ff. d. V. S.
Item omnia onera & vitæ necessitates. l. 6. l. fin. ff. d. alim. & cibor.
leg. Quæ si quis parentum non præstat necare videtur. l. 4. ff. d.
agnosc. & alend. liber. Quod tamen eatenus valet, si liberi debito
officio hoc à Patre sint promeriti.

§. 32. Insignis quoq; P. P. effectus est, quod quicquid filius ac-
quirit Patri suo acquirit, quod tamen de peculio profectitio exau-
diendum. Notum enim est peculium (quod à pecore derivatum,
& olim particula gregis erat, quam Patres suis filijs, Domini suis
servis industria exercendæ ergo, concedebant, pedetentim vero
paulatim gradatim ad alias opes & ~~extensum~~ extensum, quasi pu-
sillum patrimonium, vel pusilla pecunia dicitur l. 37. §. 1. ff. d. A. R.
Dom.) pro diverso acquirendi modo in Profectitium, Adventitium,
Castrense & quasi Castrense, discerni. Profectitium est, quod de
bonis paternis proficiscitur & concedi solebat à Patre quî filij in-
dustria in administrandis bonis & negotiandò instigetur. l. 1. ff. d.
Jur. dot. Hoc pleno jure patris est. l. 6. C. d. bon. quæ liber. §. 1.
Inst. per quas Pers. nob. acq. Ita ut Filius famil. in eo nec testamen-
tarium nec Legitimum hæredem habere queat. Quin imo post
mortem etiam Patris in collationem veniat. l. 13. C. d. collat. Ad-
ventitium quod aliunde quam exre Patris, puta à morte, Cognat-
is vel Fortunæ Liberalitate filio obvenit. Hujus proprietas ac-
quiritur filio l. 2. C. d. bon. mat. l. fin. C. d. collat. ususfructus v. &
administratio quoad vitam Patri. l. 6. l. ult. §. 1. C. d. bon. quæ liber.
§. 1. in fin. Inst. per quas Pers. nob. acq. Castrense quod in militia
vel ejus occasione acquiritur. l. 1. C. d. Castr. pecul. lib. 12. Quasi
Castrense quod ex militia togata analogica & ex officijs publicis Fi-
lius acquirit. l. ult. C. d. inoffic. testam. §. ult. Inst. de milit. testam.
l. 1. l. 25. ff. d. collat. v. g. artium liberalium professione. Hinc
Advocati l. advocati C. d. advoc. divers. Judic. militare dicuntur.
Hæc duo posteriora pleno jure pertinent ad Filium familias. Quo-
ad hæc enim habetur pro patre familias, ut etiam testari de ijs
queat. l. 2. ff. ad T. C. d. Maced. Huic effectui adjacens est, quod
nec testamentum possit facere l. pen. l. fin. C. q. testam. fac. poss.
nisi in peculio Castrensi & quasi, pr. & §. 6. Inst. d. milit. testam. l.
C. d.

C. d. inoff. testam. l. 6. d. injust. rupt. irrit. Nec mortis causa donare potest. l. tam u. §. 1. ff. d. donat. mort. caus.

§. 33. Denique Effectus est, quod liberi Patri mortuo in bonis succedant. l. 11. ff. de lib. & posthum. l. 14. ff. d. sui & legitim. §. fin. Inst. d. hered. qual. & differ. Officia parentum in quibus consistant, ne falcem in alienam mittamus messem, & principia Oeconomica cum Juridicis temerè confundamus, ab authoribus petenda relinquimus, imprimis verò Aristotele in Oeconomicis.

§. 34. Toti hæcenus fuimus in enodandis causis, nec non Sub- jecto P. P. demonstrando, progredimur jam ad causas dissolvendi. Non enim sufficit scire modo causas, quibus constituitur, sed plurimum interest, causas quibus iterum destruitur, habere sibi cognitatas. Tres vero in primis causas esse puto, quibus verè P. P. dissolvi potest. Mortem Parentis, Capiti diminutionem, Dignitatem Filij. Quo ad primam aut liberi tantum habent Patrem, & ejus morte liberantur omnimodè, aut habent Patrem & avum, & avi morte non liberantur, sed recidunt in Potestatem Patris. Vivo enim avo filius jus P. P. tantum habet actu primo, cui deinde mors avi actum secundum adjicit. l. 10. ff. d. adopt. l. 5. ff. d. hi q. sui vel al. jnr. Quod valet si filius & respectivè Pater in eodem statu familiæ manserit. Secus est, si filius à Patre suo emancipatus, aut alteri in adoptionem datus fuerit. Exeunte enim hoc modo filio de Potestate Patris sui, jus quod in liberos ex se natos, qui in potestate avi remanent, in potentia habebat extinguitur. l. 41. ff. d. adopt. Mors quid sit ex physicis lectori petendum relinquam, ejus tamen naturam & causam eleganter Cicero & Aristoteles depinxerunt. Morte solvitur Patr. Potest. quia secundum effatum Poetæ

Mors omnia solvit.

Deinde P. P. provenit à natura, ergo naturaliter quoque denuo debet dissolvi per l. 35. ff. d. R. J. Denique est Jus Personale, extincta ergo Persona extinguuntur accidentia l. 156. ff. d. R. J. Accidentia quippe absque Subiecto esse non possunt, quare sublato Subiecto proprio adæquato, tolluntur illius subiecti propria.

§. 35. Alter modus seu causa est status vel capitis diminutio, quæ & aliàs mors Civilis dicitur, & non sine causa. Ut enim mors naturalis animam dissolvit à corpore, ita capitis diminutio, indignos à reliquis Reipubl. membris separat. Præterea ex objecto etiam harmonia

Aristot. 8.
Eth. 12. &
13.

membr. III
enodans
Causas
Patr. Pot.
dissolventes.

Cicero lib
1. Tusculan
quæst.

Colleg. Con
nimbr. lib.
de vit. &
mort. c. 30

C

nia

aia extrui potest, dum naturalis circa vitam, Civilis circa famam, quæ plerumque æquiparantur & pari passu ambulant. *l. 9. pr. ff. de manumiss. vindict. l. 8. §. 2. ff. quod met. caus.* occupata est. Pro triplicitate status, triplicem admittimus. *pr. Inst. de cap. diminut. l. 11. ff. de capit. minut.* Maximam, quæ circa libertatem, mediam quæ circa Civitatem, minimam quæ circa familiam versatur. Quia itaque patr. pot. est juris Civilis facta, sequitur, quod, qui non est liber, qualis Jure civili pro nullo habetur, vel non Civis, in liberos potestatem nullam habere possit. Quoad servos. Qui ex libero fit servus amittit potestatem & liberi fiunt sui juris, sive servus fiat hominis, sive pœnæ: Servus hominis. puta per captivitatem ab hostibus: Hujus tamen ab hostibus capti, propter postliminij fictionem, liberi videntur quasi mediam habere conditionem inter hos qui sunt sui & qui alieni juris, & status eorum in familia intercâ manet in suspensio. Aut enim Pater ab hostibus captus redit, & tum recipit omnia jura pristina fictione juris postliminij, aut decedit apud hostes & tum beneficio Legis Corneliæ perinde est, ac si statim eo ipso momento, quo hostes ei imminebant mortuus fuisset. Servus pœnæ quo de *inst. quibus mod. 7. PP. S.* efficitur quis atrocitate sententiæ, qua, ultimo supplicio aliquis damnatur. *l. 12. l. 29. ff. d. panis.* Verum enim vero pœnæ servitus hodie sublata *per Nov. 22. c. 8.* inque ejus locum substituta pœna vinculorum nauticorum, ergastulorum.

Carrer. in pract. criminal. n. 12. Damhoud. in prax. rer. criminal. c. 151.

§. 36. Quoad alterum statum Civitatis, quem qui non habet, amplius nec hanc potestatem habere nec in potestate esse potest ex natura reatorum. Amittitur verò Civitas per deportatiouem. *§. 1. Inst. quibus mod. 7. P.P.S. l. 17. §. 1. ff. de pœni. l. 1. §. 2. ff. d. Legat 3.* Deportati ita vel ablegati in insulas vel extra Civitatis portas, qui *l. 17. §. 1. ff. de pœni. c. 1. ad des* dicuntur jura sua, planè deperdunt. *l. inter pœnas 6. ff. d. interdicit. & relegat.* nec liberos amplius sub manu sua habent, nisi ex singulari Principis indulgentia Civitati restituantur. Tamen enim pristina jura denuo recuperant. *l. fin. in pu. C. d. sentent. post. §. 1. in fin. Inst. quib. mod.* Per relegationem v. quia non amittitur Civitas, ideòq; nec civium hæc potestas *§. relegati 2. 2. Inst. loc. alleg. l. 4. l. 7. §. 3. ff. d. interdicit. & releg.* Hinc est quod Ovidius quamvis relegatus tamen jura Civitatis retinuerit, uti ipse perhibet. *Add*

*Adde quod edictum, quamvis immixta minaxq.
attamen in pane nomine lena fuit. :
Quippe relegatus, non exul dicor in illo,
Parcaq; Fortuna sunt ibi verba mea,*

Ovid. lib. 2
tristium.

Quam plurima namq; inter deportationem & relegationem sunt discrimina, è quibus hæc notentur, quod deportatio existimationem tollat: relegatio modò minuatur. *l. pen. §. 2. & 3. ff. d. extraord. cognit.* Deinde quod deportatus bona sua amittat. Relegatus non item, nisi specialiter per sententiam Magistratus id fiat. *l. 18. ff. d. interditi & relegat.* Addi hisce potest modus P. P. S. quem Du. Patrens meus recenset si quis ab Imperatore bannitur.

Berlebius
part. 2. Con-
cluf. pract.
II. n. 6.

§. 37. Tertia capitis diminutio contingit mutata familia, per Emancipationem. Ubi factò ipsius Patris Filius à potestate liberatur. *§. 5. Inst. quib. mod.* Antiquitus quidem ex L. Romuli emancipatio contingebat, non nisi post tres venditiones filij, adhibitis quinque testibus Civibus Romanis puberibus, nec non libripendente, ut & ætente. Quibus postea imaginariæ venditiones subrogatæ, adhibito emtore, qui nummo dato, filium emebat. Sequutum postmodum est Imperiale Anastasij rescriptum, quod si pater & liberi apud Magistratum hanc suam voluntatem & consensum attestentur, & desuper rescribat Princeps, tum emancipatio contingeret. *l. pen. C. de emancipat liberor.* Sed denique Justinianus emanciponi viam fecit multò proniorem constituens, ut coram Magistratu, sine Principis rescripto emancipatio fieri possit. *§. 6. vers. nostra a providentia Inst. quibus mod. l. fin. C. dict. tit.* Et possunt ita emancipari cujuscunque gradus liberi etiam si eos gradu præcedant liberi in potestate retenti. *§. 7. Inst. r. alleg.*

Rosin. An-
tiq. Rom. l.
9. c. 10. lit.
D. pag.
1441.
Alciat. pa-
verg. lib. 3.
6. n.

§. 38. Dictum est supra causam dissolvendi esse Dignitatem Filij, quod tamen cum grano salis intellectum velim. Definita quidem est illa Dignitas ab Imp. Patriciatus, qui sub Constantino M. Cœpit. *§. 4. Inst. tit. praall.* ad quod evehebantur culmen. ij modo quos Imp. dignos judicabant Patres suos vel Patres Principis. *l. ult. C. d. Consulib.* Militia v. & senatoria Dignitas non liberabant à nexu Patrio. *§. 4. Inst. quibus mod.* Sed Justinianus postea hunc

Rosin. lib.
7. c. 5. lit.
D. pag.
1098.

modum valde ampliavit, ita ut quæcunq; Dignitas à curia seu munere decurionatus liberat, liberet etiam à potestate Patria *Nov. 81. c. 1. auth.* Quæ autem à Curia liberent *vid. l. ult. C. de decurion. Nov. 70*

§. 39. Contentionis atq; disquisitionis Serram hæc reciprocatam memini à JCtis Clarissimis. *An Monachismo Patria potest. solvatur.* Sed ut Maximè Jason. Schraderus & alij hoc affirmant, tutior tamen nobis videtur Negativa, tum quia Monachatio non est capitis diminutio, quod eleganter demonstrat Cuiacius, ad quam tamen inclinare deberet, quia statuunt Antagonistæ monachatione vivo Patre filium ob ipsius potestate liberari. Vivo vero Patre non aliter filius quam capitis diminutione liberari potest *l. 3. ff. d. capitis. minut. l. 13. §. ult. ff. ad subjecta Maced.* Tum quia monachus jura suorum hæredum retinet, ut possit Patri ex testamento & ab intestato ut suus & in potestate existens succedere. *l. 56. §. 1. C. d. Episc. & tractemus. Cler.* Consulantur de hac quæstione Besoldus, nec non Dn Parentis meus.

Cuiacius
in exposit.
Novell. de
monachis.
s. in med.
vers. his
cognitis
tractemus.
Besold. 1.

polit. 6. 10.

S. 5. n. 39.

pag. 369.

Berlichius.

p. 2. Con-

clus. pract.

II. n. 51. &

seqq.

Conclus.

alleg. II.

n. 50.

Harprecht-

us Tom. 1.

ad §. filius-

familias.

4. Inst. qui-

bus mod. 3.

PP. Sol.

n. 9.

§. 40. Quæri adhuc potest *an Doctoratus Dignitas filium à Patria potest. eximat.* Quod identidem cum Dn. Parente meo negotio, cujus ratio præcipua est, quod Doctoratus Dignitas, substituta sit in locum veterum illorum Prudentum, quibus respondendi facultas à summo Principe elementissimè erat indulta. *§. 8. Inst. d. 7. N. G. & C.* Jam vero substitutum recipit naturam ejus in cujus locum succedit. *l. 10. §. 2. ff. si quis. caution. in jnd. fist.* Sed nullibi (ut Dn. Parentis mei verba mea faciam) in toto jure invenitur, quod veteres illi prudentes fuerint patr. pot. propter potestatem de jure respondendi sibi concessam exempti, imo potius contrarium constat *ex. l. 1. §. 3. in med. ff. d. postul.* Multo minus itaq; de Doctoratu idem probari poterit. Taceo in præsentiarum quod urget Harprechtus Doctoratus Dignitatem Veteribus Romanis prorsus fuisse incognitam, ergo nec leges de ea edere potuerunt.

§. 41. Agnoscunt nonnulli adoptionem pro modo patriam solvendi potestatem. Verum cum adoptione Filius adoptivus non fiat sui juris sed recidat in potestatem Patris adoptivi, eam non pro modo solvendi sed transferendi potestatem patriam agnoscimus. Præter vero enodatos modos inveniuntur nonnulli peculiare, qui pondus suum non quidem à Jure Civili cui sunt incogniti, sed Jure provin-

provinciali à statibus Imperii in propriis Territoriis statuto assequuntur. Quos si quis Juris Saxonici nosse aveat consulat si velit Dn. Parentem meum. *part. 2. Conclus. practicab. n. 22. & seqq. & Schneidevvinum Comm. ad tit. Inst. quibus mod. jus patry pot. solvat. infine.*

Επιδοροπισμετα

EX

Jure, in primis Publico.

Q. 1. An Rex Romanus Majestatis sit particeps?

Questionem propositam mirum in modum multi vestimentū & panniculū involvunt, multi lambendo quidem tractant pulterem haud attingentes. Sed ne aliquando necessum habeamus Penelopen telam retexendo, imitari, quid sentiamus misso prolixiori verborum antipagmento, fatemur ingenuē. Regi itaq; Romano, qui vivente Imperatore eligitur Majestatem propriē ita dictam, denegamus omnimodē

1. Quia Imp. Agnoscit Superiorem, Dominum suum appellat. N. A. d. Anno. 1555. eiq; titulum Majestatis attribuit Dum Imp. Regem voc. suae Dilectionis ewer Liebden insignit. N. A. zu Wormbs de Anno. 1542.

Quod contra naturam Majestatis est. Ipsa quippe neminem agnoscit Superiorem, prater DEUM & ensē. 2. Expressū verbū Regg. Rom. in suis capit. administrationi resignant. Wir sollen vnd wollen vns

auch keiner Regierung oder Administration im Heiligem Römischen Reich/ weiter oder anders vnterziehen denn so viel vns von Keyserlicher Mayestet vergönnet oder zugelassen wird auch ihrer Keyserlicher Mayest. Die Zeit ihres lebens am ihrer Hoheit vnd würde des Rånserthumbs keine irrung noch eintrag thun. Deniq; ita Forma imperij nostri Monarchica mutaretur in Aristocraticam, cum simul & semel duae Personae de maudatos fasces Imperij susciperent & tenerent.

Q. 2. An in Imperatricem læsæ Majestatis crimen committi queat?

Pro affirmatione hujus questionis argumenta quidem conglomerari possunt plurima, sed magnam partem ejus farinae, ut ad rem nihil magis attineant, quam cupressus ad naufragium. Ad muniendam vero Negativam facere videtur, quod Augusta LLus s. quo in ramentum Forma

A 3

Maje-

Dan. Otto,
d. jur. publ.
pag. 373

Capit. Ferdin.
III. cle.
mentissimi
nostri Imp.
par. 19.

Majestatis consistit,) non sit soluta. l. princeps 31. ff. de LL. Dein Imperium Romano Germanicum Gynecocratiam plane respuit, sublato itaq; subjecto adequato tolluntur affectiones: Coronationem ceu caput Medusaeum Antagonistae nobis quidem objiciunt, sed facile hujus argumenti robur emasculabit, si pensitaverimus coronationem Majestatem nulli attribuere, alias enim & Papa Imp. nostrum coronans, Majestatem attribuisse, quod πῶτον ψεύδεται antea aliquando prolixius ostendi.

Q. 3. An Imperatori Romana in Republ. veteri, jurisdictio competere?

Non falsum ut speramus habebit opinio nostra si Negantibus pollicem premamus. Ante omnia vero hujusmodi definitionem Jurisdictioni assignamus. Jurisdictio est potestas jus reddendi, jure Magistratus competens. Ex quibus sequitur summam Majestatem apud Romanos jurisdictionem non habuisse, quia Magistratus non fuit. Est enim Magistratus instrumentum Majestatis. Jam nemo, nisi absurdè ex praelectione loqui velimus dicetur sui ipsius instrumentum vel sibi ipsi ancillari. Hinc apud Tacitum Tiberius Imp. ait: Mibi autem neq; honestum filere, neq; proloqui expeditum, quia non adili aut Praetoris aut Consulis, partes sustineo, majus aliquid & excelsus à Principe postulatur.

Tacit. lib. 3.
Annal.

Q. 4. An Rex Bohemiae Majestatis particeps?

Est haec questio maxime controversa, & adeo intricata, ut in decisione decernenda, ipse Socrates hesitaret. Dantur pro Affirmativa saepe rationes praevalentes sed nec Negativa, cui nos calculum nostrum adjicimus, praegnantibus destituitur. Quod primam est, nunquam Regi Bohemiae Majestatis titulum attributum legitur sed Regiae Dignitatis. N. A. d. Anno 1527. S. vnd als die ibi. von wegen Königlicher Würde zu Behmbn vnd Ungarn. Quod si enim Goldastus Legatum Regi Danicae in comitijs Ratibona celebratis nomine Regiae Danorum Majestatis, qui tum votum dabat, propter hanc denominationem à Directore culpatum tradit, quod nulla eo in loco nisi Majestas Caesarea observetur, quale iudicium de Majestate Bohemi erit perhibendum. Accedit quod Bohemiae Regnum non modo membrum Imperij, sed & quam plurima privilegia ab Impi indulgita habeat. Jam notū quod privilegiorum concessio ex parte concedentis, superioritatem ex parte recipientis, subjectionem arguant. Reges quoq; Bohemiae in camera convenire possunt

Goldast. in
Bohem. lib.
3. c. 17. n. 6.
A. B. tit. 24.
Rutger.
Ruland. d.
parte 4. c.
4. § 3. n. 27
lib. 7. d.
commiss.

possunt

possunt quo ipso iurisdictione Imper. in Bohemos satis manifesta. Unde evenit ut contributionibus imperij obnoxia, & imp. decimas metalli exigat. Interim tamen non negamus Bohemiam Feudum Imperij esse liberius cuius Rex respectivè minus obstrictus, atq; respectu sui territorij & singulorum fruatur plenitudine potestatis ac directe possidet iurisdictionem. Imperatori tamen nostro homagio obstrictus Vasallus manet. Par curia, atq; status & Princeps Imperij. Quo & facit juramentum Matthia Reg Bohemiae Rudolpho II. pro in vestitura prestitum. Dargegen bin ich erböchzig gewöhnliche geliebte vnd Eyd zu prestiren ewer Keyserlichen Mayestät vnd dem heiligen Römischen Reich vmb solche verleihung gerrew Behorsamb vnd gewertig zu seyn/ ewre Keyf. Mayst. für meinem rechten Lehn Herren zu halten vnd alles zu thun was einem Erbschencken vnd Chursürsten des heiligen Römischen Reichs zu thun von Rechts vnd alter gewonheit wegen/ gebühret.

Q. 5. An Subditis integrum sit à Principe deficere eique vi armata resistere?

A Negativa qui singulari studio secessum instituerunt, discere laboravi, sed omnino frustra fui. Fuit cum placeret unus atque idem alter, qui auctoritate sua rem conabatur dirimere & rhinocerotis nasum se habere existimabat, sed cum penitius perspicerem deprehendi gerras esse & affanias, quibus tantoperè ipse exultabat, Subditorum quippe parere est & obtemperare iis quæ à superiore imperantur, qui si iussa reculant, denegant quæ præstare quæ imperantur, non subditi sed rebelles sunt. Pactum quippe generale Societati humana est obedire Regibus suis. c. 2. Dist. 8. Non enim ordo naturæ a hoc patitur, ut inferior dominetur Superiori, minor majori, Servus Domino. c. inferior. Dist. cum inferior X. de major. & obedient. Imo ipse DEI filius (cujus omnis actio nostra institutio) Imp. Tiberio qui tamen multivarij flagitij artifex & lerna malorum erat honores & tributa solvere non negavit, sed potius mandavit. Est enim Magistratus impius eque à Deo ac bonus. Rom. 13. Et Deus Nebuchodonosarem quamvis impium, tamen ministrum suum appellavit, Magistratus itaque qui resistunt ordinationi, & institutioni DEI resistunt. Nec est quod insistent Deo magis obtemperandum esse quam hominibus. Siquidem concedimus Subditis, Tyranno impie precipienti non obtemperare, Principi v. resistere ac vim intentare omnino

Dubrav,
lib. 18. His
stor Bohem.
Hagcc. in
Chron. Bo-
hem. part.
1. Anno
1292. fol.
353.

D. Luther.
in lib. d. of-
fic. Magistr
p. 3. par.
so sprichst
Matth. 22.
Rom. 13. 5.
1. 1. Petr. 2.
6. 13. Sap. 6.
6. 4.

Goldast. in *mnino* prohibemus. *Qua* dedistinctione animo *ab*ubeseit *mē*
Bohem. c. 3. *Verba* Augustini. *hic* commodissima recitare. Julianus, inquit, in-
n. 6. pag. fidelis extitit imperator, nonne extitit Apostata iniquus, ido-
44. lolatra? Attamen milites fideles & Christiani servierunt ipsi.
Augustin. Ubi veniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum
in Psal. 124. qui in cœlo erat. Quando volebat ut idola colerent, ut thu-
ad verbum rificarent: præponebant illi Deum; quando autem dicebat, produ-
quoniam cite aciem: Ite contra illam gentem, statim obtemperabant.

non dere-
linquis &c.

Lib. lib. 6.

Quis denique tanta esset auctoritas qui nolentem Principem possit co-
arctare Nov. 23. c. 2. ab exteris Personas Imperantium sacro sanctas ha-
berī reperimus, uti in specie de Regibus Lacedæmoniorum tradidit Plu-
tarchus. Idem ferme de tribunis Romanipopuli scribit Livius. Lege quoq;
Civili cautum erat. ne quis manum Centurioni inferret, quod si fieret
singulariter eundem notarent. l. 13. §. 4. ff. de remilitar. *Que* si de mi-
norum Gentium Magistratu ita constituerunt, quid de summo Principe
presumemus. Non attingam quod triplex medium Subditis Principi
resistendi Politici attribuunt. Primum, refugere possunt ad Preces,
ut Deus animum Principis regere velit. Preces namque & lachryme sunt
duæ piorum anchoræ. Deinde possunt supplicare. Tertium remedium
est fuga qua subditi vitæ suæ consulere possunt. Atq; ita saluberrimum
emigrationis beneficium in causa religionis post transactionem Passavi-
onsem subditis in Germania indultum. R. A. August. d. Ann. 1555. Wo-
aber vnsere. Von solcher ihrer Religion. wegen.

Q. 6. An Princeps Christianus, si ab alio Christiano,
iniquè bello prematur, cum Turca: vel alio infideli
fœdus inire possit?

Fœdus Magnæ in Republ. necessitatem, majorem utilita-
tem, nemo facile dignè satis laudibus tractare poterit. In iis tamen ho-
westatem & alias circumstantiis pensitandas esse, putaverim. Atq; ita
quia Turca fœdera solâ fermè utilitate metitur, Christiani nominis
hostis insensibilis & Christiani sanguinis hirudo dicitur. R. A. d.
Anno 1532. S. derhalben Ehursfürsten. Rectius feri putamus ab illis,
qui infidelium fœdera fugiunt, quam, qui sectantur. Etenim, vide-
mus quam insens fuerint Principes Germaniæ Francisco I. Reg. Gal-
liar. quod fœdus cum Turca inierit, contra Imp. Carolum V. uti repe-
rimus

rimus

vimas eorum querelas in Recess. imp. Spirensibus. de Anno 1544. § D.
demnach ibi. vnd die weil man öffentlich befunden das der König
von Frankreich. So achren wir auch. gedachten König von
Frankreich nicht weniger denn den Türcken für einem gemeinem
Feind der Christenheit zu halten. Imo Regem tandem in extremo
vita sua articulo. hujus fœderis penituit, hinc est, quod in hac erupit,
verba: Perij! heu perij! quod volui fœderatus esse ei, qui hostis est Chri-
stiani Nominis. Legimus Cancellarium Gallie Heinricho II. Regi Galliar.
expetenti, ut fœdus quod icebat cum Solimanno Turcarum Imp., con-
signaretur, sigillum denegasse, asserendo, sigillum hunc in usum sibi
non esse concedendum.

Domin. A-
rum aus ad
A. B. dis-
curs. Aca-
dem. 6. cap.
15. thes. 70

Q. 7. Ignobilis à Nobili adoptatus an fiat Nobilis?

Pro Affirmatione grandine licet potius quàm fulmine argumen-
torum ab antagonistis pugnetur. contraria tamen nobis sententia vide-
tur verior; Primo enim Nobilitas est à Natura, & cum homine nas-
citur; Adoptio vero jus sanguinis minimè confert. l. 23. ff de adopt. De-
inde hoc jus nobilitandi, quod Regale est in privatorum arbitrio collocari
nequit. Nemo enim privatorum nobilitare potest nisi specialiter loco
privilegij ab Imperatoriâ Majestate concessum hoc privilegium obtineat.

Q. 8. Utrum in Spurios nobilitas descendat?

Aciem tum ab utraq; paratam cernimus parte. cui nostra junga-
mus turma vexilla, dubij sermè adhuc hæremus. Ut ut vero qui bastardis
nobilitatem assignant hypocritici verborum fucû manchonum ritu pro-
pria Nobilitatis splendorem incrustant, non facile tamen non dispectu
est, spurios à Parentibus continuatam nobilitatis prerogativam haud
consequi. Quippe spurij non decidunt fonte Nobili, sed à sangui-
ne putrido, jam ut Baldus ait sordes non merentur poni inter preci-
puos. Nec ullam cognationem à qua tamen communiter Nobilitas de-
rivari solet ex Persona Parentis obtinent, l. si spurius 4. ff. unde
Cognat. Nec de domo & familia naturalis Patris sunt. Quod super
est Nobilitas non transmittitur ad posteros, nisi per legitimum mo-
dum & lineam: Quod si enim Nobilitas exercitio artium Mechani-
carum v. g. mercatura l. sordidorum. 13. C. d. excusat. muner. l. ne
quis 6. C. d. dignit. l. Nobiliores. 3. C. de commerc. & mercat. amit-
titur, quidni & ejusmodi opprobrio & scandalo à Patre aliis dato filiis
nobilitas nulla communicari potest, imo à contrariaratione, ut nobili-

Bald. in l.
cum legi-
tim. ff. d.
stat. hom.
Tiraquell.
d. Nobil. 50
15. 2. 12.
Bald. in l.
cum antiq.
col. 3. in 8.
9. in pr. C.
d. jur. deli-
ber.
Gail. 2. ob-
serv. 57,
num. 72


tatis

Azo in sum. C. ex quibus caus. infam. irrogat. n. 4. Hartm. Pist. q. 30. n. 4. & seq. A. B. tit. 2. par. fin. Suxtorff. ad A. B. par. 39. lit. d. *tatis honor à Parentibus honestè propagatur cum posteris: Ita & probrum ejusmodi conuascitur. Taceo quod quamvis ejusmodi persone infamia juru non laborent, in famiam tamen facti vix effugere possint.*

Q. 9. An quis ex septem Electoribus sereniss: semet ipsum in Imperatorem eligere possit?

Ad affirmandam hanc questionem cogimur expressimè verbis Carolinae Constitutionis perhibentibus: In casu deniq; quo tres Principes Electores praesentes ceu absentium nuncij, quorum ex se seu ipsorum consortio vid. Principem Electorem praesentem vel absentem in Regem R. elegerint, vocem illius electi, si praesens affuerit, aut nunciorum ipsius, si eum abesse contingeret, plenum vigorem habere, & eligentium augere numerum partemq; majorem decernimus constituere &c. Movemur & Fide Historica & attestante Experientia. Dum Maximilianus II Rudolphus II. nec non Matthias in propriis, suis Electionibus ipsimet consenser. Quare Laudendâ potius quâ vituperandam hujusmodi propriam electionem judicamus utpote quod

Carpezo. in Comm. ad l. Regi. em. Germ. c. l. ii. s. 8. n. 8. *Persona publica non tam honoru ambiriosa, quam laborum pro Republ. Christiana & commodo publico subeundorum cupida aestimetur. Adstipulatur quoq; hoc in passu nostrae sententiae Jus Canonicum c. cum in Jur. X. de Elect. & Elect. potest. c. fin. dist. 86.*



BERLICHII, Celebris Berlichl vivida proles,
Te vigor innatus scandere rostra jubet.
Patre bono natus linguâ cala moq; paterna
Jura doces. Patrem sic benè perge sequi:
Claresces tandem. Quæ nos non fecimus ipsi
Claro patre sati, vix ea nostra puto.

Henricus Nahnel / J. D. Prof. & p. t. Rector. Acad. Rost.

Post patrios Cineres, tibi mens est omine fausto
Dicere Jus patrium; Vivat imago patris.

Heinricus Schuckman / J. C. t. & P. Cod. in A. R.

BERLICHIIUS cineres terræ de pulvere cari
Excitat ingenuâ sedulitate patris
Non moritur, qui sic moritur, ceu mortuus hic est,
Virtutes Nati cujus in ore patent.

Georgius Nicolaus Erasmus, Lagensium Presbyter.



possunt quo ipse iurisdictione Imper. in Bohemos sa-
nit ut contributionibus imperij obnoxia, & imp
Interim tamen non negamus Bohemiam Feud
cujus Rex respectivè minus obstrictus, atq; respu-
gularum fruunt plenitudine potestatis ac dir-
nem. Imperatori tamen nostro homagio ob-
Par curia, atq; status & Princeps Imperij.
tum Matthe Reg Bohemiae Rudolpho II. pro
Dagegen bin ich erböchtig gewöhnliche gelü-
ren ewer Keyserlichen Mayestät vnd dem he-
ymb solche verleihung geerem Gehorsamb
ewre Keyf. Mayst. für meinem rechten Lehr-
alles zu thun was einem Erhschencken vnd
gen Römischen Reichs zu thun von Rech-
heit wegen/ gebühret.

Q. 5. An Subditis integrum sit à
eique vi armata resister

A Negativa qui singulari studio secessum in-
travi, sed omnino frustra fui. Fuit cum placere
qui autoritate sua rem conabatur dirimere
se habere existimabat, sed cum penitus perspic-
esse & affanas, quibus tantoperè ipse exultabat,
rere est & obtemperare iis quæ à superiore imper-
sant, denegant que ea prestare quæ imperantur,
sunt. Pactum quippe generale Societati huius
suis c. 2. Dist. 8. Non enim ordo natura hoc pa-
netur Superiori, minor majori, Servus Domino
inferior X. de major. & obedient. Imo ipse I-
actio nostra institutio) Imp. Tiberio qui tan-
artifex & lerna malorum erat honores & tribu-
sed potius mandavit. Est enim Magistratus impi-
Rom. 13. Et Deus Nebuchodonosarem quamvi-
strum suum appellavit, Magistratus itaque qui
institutioni DEI resistunt. Nec est quod insent-
dum esse quam hominibus. Si quidem concedimus
precipienti non obtemperare, Principi v. resist

ude eve-
exigat. lib. 18. His
liberius stor Bohem,
ij & sin Hagec. in
iudictio- Chron. Bo-
manet. hem. part.
ramen 1. Anno
est in m. 1292. fol.
353.

præsti-
n Reich
zu seyn/
ten vnd
es heilt-
gewon-

ficere

re labo-
n alter,
nasum
gerras
ppe pa-
la recr-
rebelle
Regibus
r domi-
st. cum

s omni
flagitii
egavit,
c bonus.
n mini-
ioui, &
nperan-
no impia
ntare o-
mnino
D. Luther.
in lib. d. of-
fic. Magistr
p. 3. par.
so sprichst
Matth. 22.
Rom. 13. 5.
1. 1. Petr. 2.
5. 13. Sap. 6.
5. 4.

the scale towards document

10 09 03 02 01 C7 B7 A7 C8 B8 A8 C9 B9

11 16 17 18 20 A5 B5 A2 B2 B1 A1 C2 B2 A2 B5 A5 20 18 17 16 11

Patch Reference numbers on UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.